

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**EXEGESIS || DIVINAE ATQVE || HVMANAE KOI-||nōnias. ||
Autore PETRO BOQVINO || D. Theologo.|| ... ||**

Bouquin, Pierre

Heidelberg, 1561

Cap. XII. De homine

[urn:nbn:de:bsz:31-248509](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-248509)

at quæ alia inchoant, appellat enim nominatim eucharistiam $\kappa\lambda\epsilon\iota\tau\acute{\iota}\nu\ \kappa\lambda\epsilon\iota\tau\acute{\iota}\nu$ ut Synesius. $\kappa\lambda\epsilon\iota\tau\acute{\iota}\nu\ \alpha\ \pi\acute{o}\rho\epsilon\theta\ \tau\omicron\upsilon$. Inde quæ ueteris Ecclesiæ sententia fuerit, quæue nostra esse debeat, nisi aberrare uolumus, cognosci intelligi quæ facile posse iudico,

De Hemine.

CAP. XII.

OMnium recte sententium iudicio, Sapientia uera constat, atque consumatur uera Dei, atque nostri cognitione: utranque solæ literæ sacrae uerè, atque certò tradunt. Nam ut de Deo, exteri multa impia, ineptaque cõfingunt, ita de homine, eiusque uel dignitate, uel uiribus plurima non incerta tantum, sed etiam uana aperteque falsa asseuerant, aut uerius nugantur. Quare qui ipsorum placita, potius quam diuina oracula, audire sequiq; malunt, non possunt non aberrare

aberrare. De Deo, quantū quod suscepimus argumentū flagitare uidebatur, & qua ratione *κωνωνίαν* hanc cum homine instituire, sui quidē respectu uoluerit, quantū satis est, ut arbitror, exposuimus: Superest ut de homine & quę ipsi cōiuncta sunt pari ratione, atq; breuitate dicamus. Deus huius est societatis aūthor & fons, hominē gratuito in sui, suorumq; bonorū cōmunionem asciscens. Cuiusrei & plurima & illustrissima testimonia habemus. Nunquam enim non commonefaciunt nos sacra oracula de diuina illa *ὑδουκία* atque *ὀλανθεωπία*. Nouerat enim Spiritus S. quanta sit homini ingēnita *ὀλαντία*, arrogantia atq; ingratitude, ideo sæpe multumque monet nos de ea re, ut de propenso illo, & plusquàm paterno affectu Dei, etiam sæpe multumque cogitemus. Quam multas, magnasq; res continet suauissima illa uox Christi. *Sic Deus dilexit mundum ut filium suum unige-*

Gratuita
est *κωνωνία*
uic.

Iohan. 3.

1. Ioan. 2.

Rom. 5.

nitum daret, &c. Item illa Ioannis, *In hoc est charitas, non quòd nos dilexerimus Deum, sed quòd ipse dilexit nos, & miserit filium suum, ut esset propiciatio pro peccatis nostris.* Istis nequaquam est dissimile illud Pauli, *Hoc nomine commendat charitatem suam Deus erga nos, quod quum adhuc peccatores, adeoque inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est, per quòd ipsius mortem reconciliati sumus, & id genus alia, quæ recitare nimis esset longum.* Hæc uerò omnia satis euidenter commonstrant, & certò euincunt, quid homo ad hanc diuinam communitatem de suo adferat atque conferat, imò etiam quid conferre possit. Illustrius res tota appareret, si ipsam hominis conditionem primam considerare quis uellet. Nam pia, diligensque contemplatio illius imaginis ad quam efformatum

tum fu
mire a
erga hu
tamen
deri uo
tunum i
as illas
nem to
est bon
quod a
dignati
gnitatis
rique sa
lustra
dine, c
cherrin
autem
ad De
dotes
bito p
huius
que ce
tioner
rum d

tum fuisse hominem, tradit Moses, mirè amplificare posset mirificū Dei erga humanum genus studium. Satis tamen fuerit obiter monuisse, mihi uideri uocibus *imago atq; similitudo*, *Imago Dei*, unum idēque notari, nempe eximia illas dotes quibus principio hominem totum ornare Deo, quæ ipsius est bonitas, uisum fuit. Ad animum quod attinet, eximia sui cognitione dignatus fuerat (qui fœlicitatis & dignitatis præcipuus fons erat) singulæque sapientiæ & prudentiæ luce illustrauerat, deniq; iusticia ac rectitudine, cum omnium affectuum pulcherrima moderatiōe ornauerat. Hic autem tot tantisq; donis cumulatus, ad Deum proximè accedebat. Inter dotes etiam istas enumerare non dubito præstantiam formæ in corpore, huiusq; aptissimam pulcherrimamque compositionem & coagmentationem, omnium denique membrorum decētissimam harmoniam. Nam
 tanta

tanta est, ut quantumuis grauiter leſa
 ſa fuerit per Adami lapſum, tamen à
 Philoſophis & alijs doctis homini-
 bus pro inſigni miraculo ſit habitum
 humanum corpus: & ut diuinitatis
 certiffimum argumentum fuerit cre-
 ditum, atq; productum. Porro quo
 miſerix prolapſus ſit homo per in-
 obedientiam, atque ſœdam ſuam in-
 gratitudinem: quantumue malorum
 cumulum in omnes poſteros ſuos in-
 uexerit, nihil eſt opus etiam nunc cõ-
 memorare: quanquam & ea cogita-
 tio, hic quoque ſit perutilis, nam ad
 Chriſti beneficiũ illuſtrandum, pluri-
 mum ualeat. In primis uero in ea re ob-
 ſeruari debet qđ Paulus in illa Adami
 atque Chriſti comparatione adiecit.

Rom. 5.

*Dei nempe donum eſſe Adami delicto
 maius. Hoc eſt, iſtud ab illo multis mo-
 dis ſuperari, uelut que abſorberi.*

Neque eſt quod quiſquam cogi-
 tet de liberi arbitrij (ut uocant) uiri-
 bus attollendis: præſtaret nos de eis
 deprimi

deprimi
 quam
 grauius
 mihi ne
 Auguſti
 delictum
 tum quo
 traretur
 em detr
 anima w
 manſerit
 rationali
 citatis p
 taminata
 ra ſacræ
 dare teſt
 iſſe reli
 tate ſit
 ſeteri co
 dici ſole
 bus tra
 intelligi

deprimendis cogitare. Nam in illa,
 quam ista parte, frequentius atque
 grauius peccari & potest & solet. Et si
 mihi nequaquam displiceat, quod
 Augustinus scribit, *non omni modo* Delit. et.
deletum esse in corde hominis per pecca Sp. cap. 23.
tum quod ibi per imaginem Dei cum
crearetur impressum fuerat. neq; adeo
eam detritam fuisse illa labe, ut nulla in
anima uelut lineamenta extrema re-
manerint (remansit utique quod nisi
rationalis esse potest) tamen eo esse ce-
citatis prolapsam, ita foedetam con-
taminatamque flagitijs fuisse, tam lite-
rae sacrae, quam ipsa experientia, adeo
clare testant, ut lapsum illum nihil fe-
cisse reliquum, quod diuina ista socie-
tate sit dignum, omnes mentis sane
fateri cogant. Qui summis labris, ut
dici solet, degustarunt quae istis de re-
bus tradita sunt in literis sacris, facile
intelligunt, à Deo optimo parente
merito

Luce 15.

merito exhæredatos uniuersos homi-
 nes, imo prorsus abdicatos fuisse.
 Quid igitur iuris prætendi à quoquam
 potest? Quid de suo nisi peccatum,
 miseriam, mortem proferre ualet ul-
 lus hominum? Vnum hoc apud De-
 um sanctissimi quicquid producere pos-
 sunt, quod perditus ille filius, qui om-
 nia sua decoxerat, apud parentem ad-
 ferre se posse norat. Sapienter intel-
 lexit unum ipsi esse reliquum, ut ad
 preces se conuerteret, ad pietissimi
 parentis genua se prouolueret, ipsi-
 usque clementiæ fieret supplex. Hoc
 unum omnibus tutissimum refugiu-
 m est relictum. Solet aliquoties mi-
 rus ille dicendi artifex Chrysostomus
 exemplo uti ad eam rem exprimen-
 dam, mea sententia, admodum com-
 modo. Ait hic rem se habere, perinde
 ac si ditissimus atque nobilissimus
 aliquis Princeps, amore captus puel-
 læ, egenæ, miseræ, pannosæ, deni-
 que sortis abiectissimæ, eam sibi ma-

trimonio copulare nō dedignaretur,
 & prius quā ipsam in palatia sua,
 splendidāsque ædes induceret, pro
 foribus eam deponere, quicquid ge-
 staret sordidum, & lauari mandaret,
 ut nudam ad se admitteret atq̃ recipe-
 ret. Simili quodam modo Deum no-
 biscum agere, ipse etiā quibus sacre
 literæ utunt̃ uoces, clarè significant.
 tantum abest ut illo rerum nostrarum
 desiderio aut capiatur, aut allicia-
 tur, ut non alia lege nos in hanc ad-
 mittat societatem, quā ut prius om-
 nia nostra exuamus, & suis nos indu-
 at ornamentis. Vetustatem omnem
 nostram odit, aut uerius abominat̃.
 Nouitatem requirit, ideo ipse nos in-
 nouat totos, à capite ad calcem refin-
 gens, atque reformans. Flagitat enim
 naturam prorsus aliam: quam ipse, &
 alius nemo, formare nouit, atq̃ ualet.
 Ipsa sanè lauacri quo inītiāmur nuncu-
 patio satis euidēt̃ eius reī nos monet.
 Cur *παλιγγενεσιάν* appellauit Apосто-
 lus,

Tit. 3.
Iohan. 3.

lus, secutus ipsius præceptoris Christi uestigia? Quam multa in illis uerbis uideremus, nisi cæci essemus? Quam multa, quam præclara inde discunt, qui discendi sunt cupidi? Ipse Apostolus eo ipso loco fuse & aperte significauit, qua de re nos commonefacere uoluerit, ea uoce noua, carnique non incognita tantum, sed etiam ipsius iudicio prorsus absurda. Nam iustis operibus locum nullum dat: omnia excludit, ut solam diuinam misericordiam includat atque statuat. Quem locum contorquent turpissimæ, qui ad initia sola christianismi eum accommodant, & uelut coarctant: cum Apostolus nominatim mentionem faciat hæreditatis uitæ æternæ: quam tantum spe nunc tenemus quidem, sed interea habemus certissimum pignus, Spiritum sanctum, per quem regeneramur atque renouamur. huius autem inuolutionis baptismum symbolum

bolum esse constat. Denique apparet
 eum de plena agere salute, gradumq̄
 supremum, hoc est glorificationem
 completi. A toto isto negotio, omne
 operum meritum excludit, ut uni mi-
 sericordiæ diuinæ in solidum ascri-
 bat. De huius salutis causa qui delibera-
 re aliquid conantur, & ulli hominum
 quamuis sanctissimo quicquam uin-
 dicare audent, Christum sua, ipsiq̄
 omnino debita laude fraudant: & me-
 ritum mortis eius, non solum scēdē
 obscurant, sed etiam impiē surripūnt.
 Quid enim illud est, si impurissimum
 sacrilegium nō est? Christus unus est
 per quem ad hanc *uiviciam*, & quæ
 huic coniuncta sunt beneficia, aditus
 patet. Decerpi de eo officio tantillum
 non potest, quin de ipsius gloria plu-
 rimum delibetur. Quid uerò a
 nobis flagitet, nunc con-
 sideremus.

h De